



Universitätsbibliothek Paderborn

Benedicti Ariæ Montani Hispalensis Poemata

In Qvatvor Tomos Distincta

In quo Dauidis Regis ac Prophetæ, aliorumque sacrorum Vatum Psalmi; ex
Hebraica veritate in Latinum carmen obseruantissimè conuersi

Arias Montano, Benito

Antverpiæ, 1589

Psalmvs LI. Miserere mei Deus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44993

Miserere mei Deus.

POENITENTIA SOLIDA.

1 Ad præstantem, Psalmus Dauid.

2 Cùm venit ad eum Nathan propheta, postquam ingressus est ad Bath-Sabagh.

Carmen Iambicum Monocolon, Monostrophon.

- 3** O Mī benignūs parce, ceu soles, D E V S,
Magna & tuorū vi efficaci viscerum
Delere noxas perge perge iam meas.
4 Valde lauato criminum me sordibus,
Peccata purgans amone prorsus inea.
5 Noxas meas namque ipse noui, nam ferox
Peccatum obefat̄ semper instat mī meum.
6 Peccator in te constiti audax vnicum,
Gessique te præsentie turpe proh malum,
Ut confiter vrgens veritas dicti tui;
Vincasque iudex non mouendo calculo.
7 Atqui ecce prauo factus ipse sum malo,
Fœcunda culpis meque mater fouerat.
8 En veritatem renibus vis abditis;
Secreta mī ac tu detegis mysteria.
9 Hyssopus adsit me benignè vt expies,
Albam lauansque fac niuem me vincere.
10 Audire Ixto da mihi tu nuntium;
Ut ossa te premente tuisa gaudeant.
11 Vultum reconde, nostra nec tu conspice
Peccata, praui & criminis dele notas.
12 Purum creato cor mihi, o potens D E V S,
Pectus notioque spiritu firma meum.
13 Ne me repelle de tua præsentia,
Sanctum tuum nū dimoue à me Spiritum:
14 Tuæ salutis redde mī tu gaudia,
Et liberalis me refiget spiritus.
15 Doctor viarum sic tuarum perfidis
Ero, & redibit turba post te noxia.
16 Poenis cruentis crues me sanguinunt,
PRINCEPS salutis vnice o D E V S mex.
17 Tuum sonabit lingua ius æquum mea,
Laudes tuas vt os meum pronuntiet.

18 Non

18 No
Ne
19 Fra
No
20 Aug
Mu
21 Tur
Co
Arc

Ma

1 A
2 C

3 C

F

4 Fi

5 Pr

6 Te

7 F

To

R

8 Iu

9 E

F

- 18 Non vis, datus quas tibi essem, victimas;
Nec tu, perustam poscis auctor hostiam.
19 fractus D E O nam spiritus sunt victimæ,
Non fracta spernit, tuncta corda non D E V S.
20 Auge Siona iam benignus & foue,
Murus Salemi & alta pone mœnia.
21 Tunc & probabis iusta sacra victimas,
Consumpta adusta tunc fruēris hostia;
Ardebit ara taurus ac frequens tua.

PSALMVS LIL.

Quid gloriaris iu malitia.

MALORVM MALVS, BONORVM
BONVS EXITVS.

- 1 Ad præstantem Animaduersio Davidis.
2 Cum veniret Doegh Iduinæus, & nuntiaret Sauli,
ac diceret illi, Venit David in domum Ahhi-
melech.

Carmen Dicolon Distrophon.

- 3 Quid te laudibus ô potens
Sic efferre iuuat, quod male feceris?
FORTIS diua benignitas
Omni constat enim certa manens die.
4 Fingit lingua dolos tua,
Fraudi ut prompta nocet terfa nouacula.
5 Praefers officiis malum
Iustis, vana probas usque libens magis;
6 Te argumenta nocentia, &
Fraudis lingua male detinet artifex.
7 FORTIS te quoque dissipans
Abscissum penitus, funditus erutum
Tectis eliciet ruis:
Terris ne usque queat viuere in intimis:
Radicem eruet is tuam,
Vium terra tui ut iam teneat nihil.
8 Iustis visa pium metum, &
Risum exempla dabunt nominis inuidi.
9 En qui non posuit D E V M
Robur perpetuum ac presidium sibi:
Fidens pluribus ast opum
Gazis, ipse suo nixus erat dolo.

eo Ipse